

in corpore tuo. de cœlo misericordia  
super te. In novo quoq; uterio et  
omnis salvator noster certe salvi,  
ergo et agnus i nchio tradidit opem  
et cõsiderat seculi. Prinde in hanc  
tamen sacramentorum in his temp  
us de cœlo confitebus. & perfolare  
ut nos fratibus patier exultamus.  
memoramus filium quod uesper u  
erit exultare. de quo propheta dicit.  
spiritus hominum producere facit.

DE NOCTVRNA VIGILIARVM  
CELEBRATIONE. Ca: IX.

**E**vigiliarum quoq; nocturnalū cœlebratione  
d antiqua est institutio. uigilarum deuotio fami  
liare bonum est omnibus sanctis. Esaias quoq;  
exclamat ad deū dicens. De nocte uigilat spūs meus ad  
te domine. quia lux p̄cepta tua sunt super terrā. Item  
Dauid & regio et prophētico sanctificatus unguento.  
ita canit. Media nocte surgebam ad confitendum tibi  
super iudicia iustitię tuę. Hoc nanc⁹ tempore uastator  
angelus transiens. primogenita Aegiptiorū percussit.  
Vnde & nos euigilare oportet. ne pículo Aegiptiorū  
admisceamur. Hisdem etiam horis uenturum se esse  
in euangelio saluator astruxit. Vnde et ad uigilādum  
auditores suos excitans dixit. Beati serui illi. quos cū  
uenerit dominus. inuenierit uigilantes. Vigilate ergo.  
nescitis enim quando dominus ueniat. sero. an media  
nocte. an gallicatū. an mane. ne cum uenerit. inueniat  
uos dormientes. Et ne solis apostolis illud p̄ceptum  
esse crederetur. mox subiunxit. Quod autem (inquit)  
vobis dico. omnibus dico. uigilate. Siquidem nec uer  
bis solum docuit uigilias. sed etiam confirmauit exem  
pli. nanc⁹ testatur euangelium. quia erat H̄esus per  
noctis in oratione dei. Paulus quoq; & Silas in custos  
dia publica circa medium noctis orantes. hymnum (au  
dientibus cunctis) uincit dixisse memorātur. ubi terre  
motu repente facto. & concussis carceris fundamētis.  
& ianue sponte aperte. & omnium uincula sunt soluta.  
Vnde oportet his horis psallendi orandiq; frequentiā  
nos in sc̄tis habere officijs. finemq; n̄m. uſi aduenierit  
sub tali actu. expectare securos. Est autē qddā genus

g ij



hereticorum. superflua existimatum sacras uigilias.  
& spirituali opere infructuosas dicentes. Iura temerari  
diuina. qui noctem fecit ad requiem. sicut diem ad la-  
borem. Qui heretici greco sermoe. νυσαγκος . nystages.  
hoc est somniculosi uocantur. Ifste autem est catholicus  
ordo diuinarū celebrationū. qui ab uniuersa ecclesia  
Christi incommutabiliter seruatur.

### DE CAETERIS LEGITTIMIS ORATIONIBVS.

Ca. X.

Vnt et alię orationes legitime. quę sine ulla  
admonitione debentur. ut ē illa quam dicimus  
ante inceptionem alicuius operis domini adiu-  
torium postulantes. Nec enim decet Christianū aliqd  
opus sua presumptione incipere. anteq̄ studeat dñm  
in auxiliū aduocare. quia ipse dixit. Sine me nihil po-  
testis facere. Humiliter ergo aduocatus. dignatur nos  
adiuuare. sicut de ipso scriptum est. Inuocauit me inq̄  
& ego exaudiam eum. cum ipso sum in tribulatione.  
eripiā eum & glorificabo eū. et reliqua. Sed et cibū  
non prius sumere licet. quam interposita oratiōe. prio-  
ra enim habenda sunt spiritus & refrigeria quam carnis.  
quia priora sunt cœlestia quam terrena. Similiter autē  
& post cibum orare conuenit. ut domino pro suis donis  
gratiae referantur. ut illud in hoc compleatur psalmista  
quod dicit. Edent pauperes et saturabuntur. & lauda-  
bunt dominum qui requirunt eum.

### DE PECVLIARIBVS ORATIONIBVS. Ca. XI.

Eculiares autem orationes. pure & frequenter  
facere. & bonum et laudabile est. quia multorum  
patrum exempla id nos facere suadēt. ipse dñs  
etiam suo magisterio hoc docere nos dignatus ē dices.  
Tu autem cum oraueris. intra in cubiculum. & clauso  
ostio ora patrē tuū. & pat̄ tuus qui uidet in abscondito

